

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Ais te adductum litteris quas exigenti tibi de morte avunculi mei scripsi, cupere cognoscere, quos ego Miseni relictus — id enim ingressus abruperam — non solum metus verum etiam casus pertulerim.

'Quamquam animus meminisse horret, ... incipiam.'

2 Profecto avunculo ipse reliquum tempus studiis — ideo enim remanseram — impendi; mox balineum cena somnus inquietus et brevis. 3 Praecesserat per multos dies tremor terrae, minus formidolosus quia Campaniae solitus; illa vero nocte ita invaluit, ut non moveri omnia sed verti crederentur. 4 Irrupit cubiculum meum mater; surgebam invicem, si quiesceret excitaturus. Resedimus in area domus, quae mare a tectis modico spatio dividebat. 5 Dubito, constantiam vocare an imprudentiam debeam — agebam enim duodevicesimum annum —: posco librum Titi Livi, et quasi per otium lego atque etiam ut coeperam excerpto. Ecce amicus avunculi qui nuper ad eum ex Hispania venerat, ut me et matrem sedentes, me vero etiam legentem videt, illius patientiam securitatem meam corripit. Nihilo segnius ego intentus in librum.

6 Iam hora diei prima, et adhuc dubius et quasi languidus dies. Iam quassatis circumiacentibus tectis, quamquam in aperto loco, angusto tamen, magnus et certus ruinae metus. 7 Tum demum excedere oppido visum; sequitur vulgus attonitum, quodque in pavore simile prudentiae, alienum consilium suo praefert, ingentique agmine abeuntes premit et impellit. 8 Egressi tecta consistimus. Multa ibi miranda, multas formidines patimur. Nam vehicula quae produci iusseramus, quamquam in planissimo campo, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta in eodem vestigio quiescebant. 9 Praeterea mare in se resorberi et tremore terrae quasi repelli videbamus. Certe processerat litus, multaque animalia maris siccis harenis detinebat. Ab altero latere nubes atra et horrenda, ignei spiritus tortis vibratisque discursibus rupta, in longas flammaram figuras dehiscebat; fulguribus illae et similes et maiores erant. 10 Tum vero idem ille ex Hispania amicus acrius et instantius 'Si frater' inquit 'tuus, tuus avunculus vivit, vult esse vos salvos; si periit, superstites voluit. Proinde quid cessatis evadere?' Respondimus non commissuros nos ut de salute illius incerti nostrae consuleremus. 11 Non moratus ultra proripit se effusoque cursu periculo aufertur. Nec multo post illa nubes descendere in terras, operire maria; cinxerat Capreas et absconderat, Miseni quod procurrit abstulerat. 12 Tum mater orare hortari iubere, quoquo modo fugerem; posse enim iuvenem, se et annis et corpore gravem bene morituram, si mihi causa mortis non fuisset. Ego contra salvum me nisi una non futurum; dein manum eius amplexus addere gradum cogo. Paret aegre incusatque se, quod me moretur.

13 Iam cinis, adhuc tamen rarus. Respicio: densa caligo tergis imminebat, quae nos torrentis modo infusa terrae sequebatur. 'Deflectamus' inquam 'dum videmus, ne in via strati comitantium turba in tenebris obteramur.' 14 Vix consideramus, et nox — non qualis illunis aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto. Audires ululatus feminarum, infantum quiritatus, clamores virorum; alii parentes alii liberos alii coniuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant; hi suum casum, illi suorum miserabantur; erant qui metu mortis mortem precarentur; 15 multi ad deos manus tollere, plures nusquam iam deos ullos aeternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur.

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

Nec defuerunt qui fictis mentisque terroribus vera pericula auferent. Aderant qui Miseni illud ruisse illud ardere falso sed credentibus nuntiabant. 16 Paulum reluxit, quod non dies nobis, sed adventantis ignis indicium videbatur. Et ignis quidem longius substitit; tenebrae rursus cinis rursus, multus et gravis. Hunc identidem assurgentes excutiebamus; operti alioqui atque etiam oblisi pondere essemus. 17 Possem gloriari non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse, nisi me cum omnibus, omnia mecum perire misero, magno tamen mortalitatis solacio credidissem.

18 Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamve discessit; mox dies verus; sol etiam effulsit, luridus tamen qualis esse cum deficit solet. Occursabant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia altoque cinere tamquam nive obducta. 19 Regressi Misenum curatis utcumque corporibus suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus. Metus praevalebat; nam et tremor terrae perseverabat, et plerique lymphati terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur.

20 Nobis tamen ne tunc quidem, quamquam et expertis periculum et expectantibus, abeundi consilium, donec de avunculo nuntius.

Haec nequaquam historia digna non scripturus leges et tibi scilicet qui requisisti imputabis, si digna ne epistula quidem videbuntur.

VALE.

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

C. PLINIUS TACITO SUO S.

I Ais te adductum litteris,
 quas exigenti tibi de morte avunculi mei scripsi,
cupere cognoscere,
 quos ego Miseni relictus
 — id enim ingressus abruperam —
non solum metus verum,
etiam casus pertulerim.

'Quamquam animus meminisse horret, ... incipiam.'

Vokabeln

āiō	ich sage, behaupte
addūcere, addūcō, addūxī, adductum	heranführen; veranlassen
litterae, litterārum f	der Brief; die Wissenschaften; die Literatur
exigere, exigo, exegi, exactum	vollenden; (ein)fordern
avunculus, avunculi m	Onkel (der Bruder der Mutter)
cupere, cupiō, cupīvī, cupītum	wünschen, verlangen
cognōscere, cognōscō, cognōvī, cognitum	erfahren; erkennen; kennenlernen
Misenum, Miseni n	Misenum (Name eines Ortes)
relinquere, relinquō, reliquī, relictum	zurücklassen, verlassen
ingredi, ingredior, ingressus sum	hineingehen, betreten, beginnen; sich einlassen
abrumperē, abrumpo, abrūpi, abruptum	losreißen, zerreißen, unterbrechen
non solum	nicht nur
metus, metūs m	die Angst, die Furcht
vērus, vēra, vērum	wahr, echt
etiam	auch; sogar
cāsus, cāsūs m	der Fall; der Zufall; der Schicksalsschlag
perferre, perferō, pertulī, perlātum	ertragen; (über)bringen
quamquam	obwohl, obgleich
meminisse	sich erinnern an, gedenken; daran denken; erwähnen
horrēre, horrēō, horruī, — (m. Akk.)	erschrecken (vor jmdm./etw.); sich scheuen (etw. zu tun)
incipere, incipiō, coepī, coeptum/inceptum	anfangen, beginnen

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

2 Profecto avunculo

ipse reliquum tempus studiis

— ideo enim remanseram —

impendi;

mox balineum, cena, somnus inquietus et brevis.

3 Praecesserat per multos dies tremor terrae, minus formidolosus quia Campaniae solitus;

illa vero nocte ita invaluit,

ut non moveri omnia,

sed verti crederentur.

Vokabeln

proficisci, proficiscor, profectus sum

ipse, ipsa, ipsum

ideo

remanere, remaneo, remansi

impendere, impendo, impendi, impensum

mox

balineum, balinei n

inquietus, inquieta, inquietum

praecedere, praecedi, praecessi, praecessum

tremor, tremoris m

minor, minus, Gen.: minoris

formidolosus, formidolosa, formidolosum

Campania, Campaniae f

solēre, soleō, solitus sum

vērō

invalescere, invalesco, invalui

vertere, vertō, vertī, versum

crēdere, crēdō, crēdidī, crēditum

aufbrechen

selbst, persönlich; gerade

deshalb, daher

(zurück)bleiben

aufwenden

bald (darauf)

Bad

ohne Ruhe, unruhig, in Bewegung

vorangehen, vorausgehen; voranstehen, übertreffen

Zittern, Beben

kleiner, geringer

scheu; furchterregend, grauenhaft, furchtbar

Campanien (Name einer Gegend)

gewohnt sein, (etw.) normalerweise (tun)

aber; wirklich

erstarren; mächtig werden, zunehmen; mehr in Gebrauch kommen

wenden; drehen; verwandeln

glauben; (an)vertrauen

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

4 Irrupit cubiculum meum mater;
surgebam invicem,
 si quiesceret,
excitaturus.

Resedimus in area domus,
 quae mare a tectis modico spatio dividebat.

Vokabeln

irrupere, irrumpo, irrupi, irruptum
cubiculum
invicem
quiescere, quiēscō, quiēvī, –

residere, residō, resedi, resessum
tectum, tecti n
modicus, modica, modicum
spatium, spatii n
dividere, divido, divisi, divisum

einbrechen, eindringen
das Schlafgemach, Zimmer
wechselweise
(aus)ruhen; schlafen

sich niederlassen, Rast machen; sich niedersinken, einsinken
Dach, Haus
mäßig, besonnen, bescheiden
Raum, Strecke, Zeitraum
teilen, trennen

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

5 Dubito,

constantiam vocare an imprudentiam debeam

— agebam enim duodevicesimum annum —;

posco librum Titi Livi,

et quasi per otium lego

atque etiam,

ut coeperam,

excerpo.

Ecce! amicus avunculi,

qui nuper ad eum ex Hispania venerat,

ut me et matrem sedentes,

me vero etiam legentem videt,

illius patientiam, securitatem meam corripit.

Nihilo segnius ego intentus in librum.

Vokabeln

dubitāre	zögern; zweifeln
an	oder (etwa)
duodevicesimus, duodevicesima, duodevicesimum	achtzehn
poscere, poscō, poposcī, —	fordern, verlangen
incipere, incipiō, coepī, coeptum/inceptum	anfangen, beginnen
excerpere, excerpo, excerpī, excerptum	herausnehmen, hervorheben, einen Auszug machen, exzerpierenecce! schau/schaut!, sieh da/seht!
amīcus, amīcī m	der Freund
avunculus, avunculi m	Onkel (der Bruder der Mutter)
nuper	neulich
patientia, patientiae f	Geduld
securitas, securitatis f	Sorglosigkeit, Sicherheit
corripere, corripō, corripū, correptum	(an)packen; an sich reißen; tadeln
segnis, segne	träge, lässig
intentus, intentā, intentum	aufmerksam, eifrig, (an)gespannt, erwartungsvoll

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

6 iam hora diei prima,
et adhuc dubius et quasi languidus dies.

iam quassatis circumiacentibus tectis,
quamquam in aperto loco, angusto tamen,
magnus et certus ruinae metus.

Vokabeln

adhūc
dubius, dubia, dubium
languidus, languida, languidum

noch (immer); bis jetzt
zweifelhaft, ungewiss, unsicher
matt, schlaff

quassare
circumiacere, circumiaceo, circumiacui
tectum, tecti n
apertus, aperta, apertum
angustus, angusta, angustum
tamen
ruīna, ruīnae f
metus, metūs m

heftig schütteln, heftig schlagen, zerrütten, zerschlagen, stark angreifen
rundherum liegen, rundherum wohnen
Dach, Haus
offen
eng; schwierig
dennoch, trotzdem
der Einsturz, der Sturz, der Fall
die Angst, die Furcht

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

7 Tum demum excedere oppido visum;
sequitur vulgus attonitum,
 quodque in pavore simile prudentiae,
alienum consilium suo praefert,
ingentique agmine abeuntes premit et impellit.

Vokabeln

dēnum	endlich
videri, videor, visus sum	scheinen
sequī, sequor, secūtus sum (m. Akk.)	(jmdm.) folgen
vulgus, vulgī n	das Volk
attonitus, attonita, attonitum	bestürzt
quisque, quaeque, quodque	wer es nur sei; jeder, jede, jedes
pavor, pavoris m	Angst, Furcht
similis, similis, simile; Gen. similis	ähnlich
cōnsilium, cōnsiliū n	der Rat(schlag); der Plan; die Absicht
praeferre, praeferō, praetulī, praelātum	vorziehen
ingēns, ingēns, ingēns; Gen. ingentis	gewaltig, ungeheuer
agmen, agminis n	Zug, Heereszug
abīre, abeō, abī, abitum	(weg)gehen

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

8 Egressi tecta consistimus.

Multa ibi miranda, multas formidines patimur.

Nam vehicula,

 quae produci iusseramus,

 quamquam in planissimo campo,

in contrarias partes agebantur,

ac ne lapidibus quidem fulta in eodem vestigio quiescebant.

Vokabeln

ēgredī, ēgredior, ēgressus sum

tectum, tecti n

cōnsistere, cōnsistō, cōnstītī, –

mirari

formido, formidinis f

patī, patior, passus sum

vehiculum, vehiculi n

producere, produco, produxi, productum

iubēre, iubeō, iussī, iussum (m. Akk.)

planus, plana, planum

lapis, lapidis m

ne ... quidem

fulcire, fulcio, fulsi, fultum

īdem, eadem, idem

vestigium, vestigii n

quiēscere, quiēscō, quiēvī, –

hinausgehen, verlassen

Dach, Haus

stehen bleiben; sich hinstellen; bestehen (aus)

sich wundern, bewundern

das Schreckgespenst, die Furcht

(er)leiden, ertragen; zulassen, geschehen lassen

das Transportmittel, Fuhrwerk, Fahrzeug, Schiff, der Wagen

vorwärts führen, vorführen, hervorbringen

(jmdm.) befehlen, (jmdn.) beauftragen

eben, flach, deutlich

Stein

nicht einmal ...

stützen, stärken, bestärken, befestigen

derselbe, der gleiche

Spur

(aus)ruhen; schlafen

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

9 Praeterea mare in se resorberi
et tremore terrae quasi repelli videbamus.

Certe processerat litus,
multaque animalia maris siccis harenis detinebat.

Ab altero latere nubes atra et horrenda,
ignei spiritus tortis vibratisque discursibus rupta,
in longas flammaram figuras dehiscibat;
fulguribus illae et similes et maiores erant.

Vokabeln

praetereā	außerdem
resorbere, resorbeo	wieder schlucken, in sich zurück schlucken, wieder einschlürfen
tremor, tremoris m	Zittern, Beben
repellere, repellō, réppulī, repulsum	zurückstoßen; vertreiben
prōcēdere, prōcēdō, prōcessī, prōcessum	vorrücken, vorankommen
lītus, lītoris n	der Strand
animal, animalis n	Lebewesen, Tier
siccus, sicca, siccum	trocken
harena, harenae f	Sand, Kampfplatz
detinere, detineo, detinui, detentum	festhalten, beschäftigen, abhalten
latus, lateris n	Seite, Flanke
nubes, nubis f	Wolke
āter, ātra, ātrum	schwarz, düster
horrēre, horreō, horruī, – (m. Akk.)	erschrecken (vor jmdm./etw.); sich scheuen (etw. zu tun)
igneus, ignea, igneum	feurig, brennend, heiß; lebhaft, hitzig
spiritus, spiritus m	der Hauch, Atem; (Lebens-)Geist, die Seele
torquere, torqueo, torsi, tortum	drehen; foltern, quälen; schleudern
vibrare	schwingen
discursus, discursus m	das Auseinanderlaufen, Sich-Zerstreuen, Umherlaufen
rumpere, rumpo, rupi, ruptum	brechen, zerbrechen, zerreißen
dehiscere, dehisco	sich auftun, sich öffnen, aufplatzen, auseinanderbersten
fulgur, fulguris n	Blitz
similis, similis, simile; Gen. similis	ähnlich

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

10 Tum vero idem ille ex Hispania amicus acrius et instantius

'Si frater'

inquit

'tuus, tuus avunculus vivit, vult esse vos salvos;

si perii, superstites voluit.

Proinde quid cessatis evadere?'

Respondimus non commissuros nos, ut de salute illius incerti nostrae consuleremus.

Vokabeln

ācer, ācris, ācre; Gen. acris

īnstāre, īnstō, īnstīī, –

salvus, salva, salvum

perīre, pereō, perīī, –

superstes, superstitis

proinde

heftig; hart; scharf

drohen, bevorstehen

wohlbehalten, gesund

zugrunde gehen, umkommen

überlebend

also; daher

respondēre, respondeō, respondi, respōnsum

committere, committō, commīī, commissum

cōnsulere, cōnsulō, cōnsulūī, cōnsultum

antworten, entgegen

veranstalten, beginnen; begehen; anvertrauen

(m. Akk.) um Rat fragen, befragen; (m. Dat.) sorgen für

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

11 Non moratus ultra proripit se
effusoque cursu periculo aufertur.

Nec multo post illa nubes descendere in terras,
operire maria;
cinxerat Capreas et absconderat,
Miseni quod procurrit abstulerat.

Vokabeln

morari	(sich) aufhalten, (ver)zögern
ultra	jenseits, weiterhin, weiter
proripere, proripio, proripui, proreptum	fortreißen; fortrennen, fortstürzen
effundere, effundo, effudi, effusum	ausgießen, ausschütten, vergießen, vergeuden
cursus, cursus m	der Lauf; die Laufbahn; der Kurs
nubes, nubis f	Wolke
dēscendere, dēscendō, dēscendī, dēscēsum	herabsteigen; hinuntergehen
operire, operio, operui, opertum	bedecken
cingere, cingo, cinxi, cinctum	umringen, (um)gürten, umzingeln
Capreae, Caprearum f	Capri (Name einer Insel)
abscondere, abscondo, abscondidi, absconditum	verbergen
Misenum, Miseni n	Misenum (Name eines Ortes)
procurrere, procurro, procurri	vorlaufen, vorspringen, vorrücken, ausrücken
auferre, aufero, abstuli, ablatum	wegtragen; wegnehmen, rauben

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

12 Tum mater orare, hortari, iubere,
 quoquo modo fugerem;
posse enim iuvenem,
se et annis et corpore gravem bene morituram,
 si mihi causa mortis non fuisset.

Ego contra salvum me nisi una non futurum;
dein manum eius amplexus addere gradum cogo.

Paret aegre incusatque se, quod me moretur.

Vokabeln

hortārī, hortor, hortātus sum	auffordern; ermuntern; ermahnen
quisque, quaeque, quodque	wer es nur sei; jeder, jede, jedes
contrā (Adv.)	dagegen, andererseits
salvus, salva, salvum	wohlbehalten, gesund
ego, mei, mihi, me, a me/mecum	ich, meiner, mir, mich, von/mit mir
nisi	wenn nicht; außer
ūnā (Adv.)	zusammen; gemeinsam
dein	= deinde — dann, darauf; von da an
amplecti, amplector, amplexus sum	umschlingen, umarmen, ergreifen; gutheißen
gradus, gradus m	der Schritt, die Stellung, Stufe, der Rang
pārēre, pārēō, pārūī, —	gehörchen
aeger, aegra, aegrum	krank, verstimmt
incusare	anklagen, beschuldigen
quod	weil; dass
morari	(sich) aufhalten, (ver)zögern

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

13 lam cinis,
adhuc tamen rarus.

Respicio:

Densa caligo tergis imminebat,
 quae nos torrentis modo infusa terrae sequebatur.

'Deflectamus'

inquam

'dum videmus,

 ne in via strati comitantium turba in tenebris obteramur.'

Vokabeln

cinis, cineris m
adhuc
rarus, rara, rarum

die Asche
noch (immer); bis jetzt
selten, vereinzelt

respicere, respiciō, respexī, respectum
dēnsus, dēnsa, dēnsus
caligo, caliginis f
tergum, tergī n
imminere, immineo, imminui
torrens, torrentis m
modus, modī m
infundere, infundo, infudi, infusum

denken an, berücksichtigen, zurückschauen
dicht (gedrängt)
Dunst, Dunkelheit
der Rücken
sich über etw. neigen, über etw. ragen, (be)drohen
das wilde Wasser, der Regenbach, Sturzbach
die Art, die Weise; das Maß
hineingießen, hineinschütten; sich verbreiten

deflectere, deflecto, deflexi, deflexum
dum (Subjunktion; m. Ind. Präs.)
sternere, sterno, stravi, stratum
comitari
turba, turbae f
tenebrae, tenebrarum f
obterere, obtero, obtrivi, obtritum

ablenken; abändern, umkehren, umwandeln; abbiegen, abweichen
während; solange, (solange) bis
hinbreiten, hinstrecken
begleiten
die (Menschen-)Menge; das Durcheinander
Schatten, Dunkelheit
zermahlen, zertreten, zerquetschen, herabwürdigen; abreiben

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

14 Vix consideramus,

et nox

— non qualis illunis aut nubila,

sed qualis in locis clausis lumine extincto.

Audires ululatus feminarum,

infantum quiritatus,

clamos viroꝝ;

alii parentes,

alii liberos,

alii coniuges vocibus requirebant,

vocibus noscitabant;

hi suum casum,

illi suorum miserabantur;

erant,

qui metu mortis mortem precarentur;

Vokabeln

considerare

illunis, illune

nubilus, nubila, nubilum

claudere, claudō, clausī, clausum

lūmen, lūminis n

extinguere, exstinguō, exstīnxi, exstīnctum

betrachten, bedenken

mondlos, ohne Mondschein

wolkig, trübe; finster, düster; die (Regen-)Wolken

(ab-, ein)schließen

das Licht; das Auge(n)licht

auslöschen, vernichten

ululatus, ululatus m

infans, infantis m/f

quiritatus, quiritatus m

requirere, requiro, requisivi, requisitum

noscitare

miserari

metus, metūs m

precari, precor

Heulen, Geheul

das kleine Kind; noch nicht sprechend

das Gekreische, der Hilferuf, Angstruf

aufsuchen, verlangen, fragen nach, forschen, untersuchen

erkennen, wahrnehmen, untersuchen; wiedererkennen

bedauern, beklagen

die Angst, die Furcht

anbeten, bitten

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

15 multi ad deos manus tollere,
plures nusquam iam deos ullos aeternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur.

Nec defuerunt,
qui fictis mentitisque terroribus vera pericula auferent.

Aderant,
qui Miseni illud ruisse,
illud ardere
falso,
sed credentibus nuntiabant.

Vokabeln

nusquam
ūllus, ūlla, ūllum
aeternus, aeterna, aeternum
mundus, mundi m
interpretari

dēesse, dēsum, dēfū
fingere, fingō, fīnxī, fictum
mentiri, mentior, mentitus sum
augēre, augeō, auxī, auctum

Misenum, Miseni n
ruere, ruo, rui
falsus, falsa, falsum (Adv. falsō)

nirgends; bei keiner Gelegenheit, nie
irgendein(e)
ewig
Welt, Weltall, der Putz der Frauen
auslegen, deuten

fehlen
formen, gestalten; sich ausdenken, vortäuschen
lügen, ein Lügner sein
vergrößern, vermehren

Misenum (Name eines Ortes)
(sich) stürzen, eilen; niederreißen
falsch

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

I 6 Paulum reluxit,
quod non dies nobis,
sed adventantis ignis indicium videbatur.

Et ignis quidem longius substitit;
tenebrae rursus,
cinis rursus,
multus et gravis.

Hunc identidem assurgentes excutiebamus;
operti alioqui atque etiam oblisi pondere essemus.

Vokabeln

paulus, paula, paulum	(ein) wenig
relucescere, relucoso, reluxi	wieder hell werden, wieder erglänzen
adventare	herbeikommen, (rasch) heranrücken, herbeieilen
īgnis, īgnis m; Gen. Pl. īgnium	das Feuer, der Brand
indicium, indicii n	die Anzeige, Aussage, das Anzeichen
videri, videor, visus sum	scheinen
subsistere, subsisto, substiti	haltmachen; standhalten
tenebrae, tenebrarum f	Schatten, Dunkelheit
rūrsus	wieder
cinis, cineris m	die Asche
identidem	wiederholt, immer wieder
assurgere, assurgo, assurexi, assurectum	sich aufrichten, sich erheben, sich erholen, emporsteigen
excutare, excutio, excussi, excussum	abschütteln
operire, operio, operui, opertum	bedecken
alioqui	sonst
oblidere, oblido, oblisi, oblisum	zudrücken; erdrücken, erwürgen, zerquetschen
pondus, ponderis n	Gewicht

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

17 Possem gloriari non gemitum mihi,
non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse,
nisi me cum omnibus,
omnia mecum perire
misero, magno tamen mortalitatis solacio credidissem.

Vokabeln

gloriari
gemitus, gemitus m
parum
excidere, excido, excidi, —
perire, pereo, perii, peritum
miser, misera, miserum
mortalitās, mortalitātis f
solacium, solacii n

sich rühmen, prahlen
das Seufzen, Stöhnen, die Betrübnis
(zu) wenig
herausfallen, entfallen
zugrundegehen
elend, unglücklich
die Sterblichkeit
Trost

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

18 Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamve discessit;
mox dies verus;
sol etiam effulsit,
luridus tamen,
 qualis esse,
 cum deficit,
 solet.

Occursabant trepidantibus adhuc oculis mutata,
omnia altoque cinere tamquam nive obducta.

Vokabeln

tandem	endlich, schließlich
caligo, caliginis f	Dunst, Dunkelheit
tenuare, tenuo	verdünnen, schwächen; abmagern, verengen, vermindern, verringern
fumus, fumi m	Rauch, Dampf
discēdere, discēdō, discessī, discessum	weggehen, verschwinden
effulgere, effulgeo, effulsi	hervorschimmern, leuchten, erglänzen
luridus, lurida, luridum	blässgelb, fahl, leichenblass; leichenblass machend
dēficere, dēficiō, dēfēcī, dēfectum	verlassen; ausgehen
solēre, soleō, solitus sum	gewohnt sein, (etw.) normalerweise (tun)
occurrere, occurro	entgegenlaufen, entgegenwirken; heranlaufen, erscheinen
trepidare	in Unruhe sein, hasten
adhūc	noch (immer); bis jetzt
oculus, oculī m	das Auge
mūtāre	(ver)ändern; verwandeln
tamquam	wie wenn, als ob
nix, nivis f	der Schnee
obducere, obduco, obduxi, obductum	überziehen, vor etwas ziehen, bedecken

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

19 Regressi Misenum

curatis utcumque corporibus

suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus.

Metus praevalebat;

nam et tremor terrae perseverabat,

et plerique lymphati terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur.

Vokabeln

regredi, regredio, regressus sum

curare

utcumque

suspendere, suspendo, suspendi, suspensum

dubius, dubia, dubium

spēs, spē f

metus, metūs m

exigere, exigo, exegi, exactum

praevalere, praevaleo, praevalui

perseverare, persevero

plerusque, pleraque, plerumque

lymphare

terrificus, terrifica, terrificum

vaticinatio, vaticinationis f

malum, malī n

ludificari

zurückgehen, zurückkommen, sich zurückziehen; Ersatzansprüche stellen

sorgen (für), etw. besorgen; pflegen

wie nur immer, wie auch nur; so gut es geht

aufhängen, schweben lassen, in die Höhe heben

zweifelhaft, ungewiss, unsicher

die Hoffnung, die Erwartung

die Angst, die Furcht

vollenden; (ein)fordern

sehr kräftig sein, mehr vermögen, den Vorrang haben

verharren, standhaft bleiben, fortfahren, andauern

ein großer Teil

wahnsinnig machen; wahnsinnig werden, den Verstand verlieren

Schrecken erregend, schrecklich

die Prophezeiung, Weissagung

das Übel, das Leid, das Unglück

foppen, necken, äffen; vereiteln, hintertreiben

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)

20 Nobis tamen ne tunc quidem,
quamquam et expertis periculum et expectantibus,
abeundi consilium,
donec de avunculo nuntius.

Haec nequaquam historia digna non scripturus leges
et tibi scilicet qui requisisti imputabis,
si digna ne epistula quidem videbuntur.

VALE.

Vokabeln

ne ... quidem

tunc

expertus, experta, expertum

expectāre

donec

nūntius, nūntiī m

nequaquam

historia, historiae f

dignus, digna, dignum (m. Abl.)

scilicet (Adv.)

requirere, requiro, requisivi, requisitum

imputare

videri, videor, visus sum

nicht einmal ...

dann, damals

durch Erfahrung erkannt, versucht, erprobt

warten (auf), erwarten

solange (als), (solange) bis

der Bote; die Botschaft

auf keine Art und Weise, keineswegs

Kunde, Kenntnis, Geschichte, Geschichtswerk

(einer Sache/Person) würdig; angemessen

natürlich, freilich

aufsuchen, verlangen, fragen nach, forschen, untersuchen

anrechnen; schenken, widmen, zurechnen, zuschreiben

scheinen

Brief 6,20: Vesuvausbruch (der zweite Brief)